



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. || Lv dovici || De Ponte Vallis-|| Oletani, È Societate ||  
Jesv Theologi.|| De || Christiani hominis || Perfectione In  
Qvo-|| libet eius Vitæ genere.|| Tomi Qvatvor.||**

Quorum argumenta ex S. Rvth Historia præcipué desumpta

**Puente, Luis de la**

**Coloniæ Agrippinæ, 1626**

§. 4. Ratio & gratiarum actio

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45802](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45802)

## § III. Oratio &amp; Gratiarum actio.

Oratio  
præmittenda  
conuiuio.

**D**ENIQUE, cum pugna cibis præsentibus adeo sit continua Prudentia fuerit; ut quisque se oratione præmuniat, qua possit victoriam de se reportare. Quare quisque deberet breuē aliquā piāque orationē in præsentibus habere, qua se præmuniret, qualis hæc esse posset. *Domine Iesu Christe, fili Dei vivi, qui in passione tua sitiens felle & aceto potatus es, da mihi verā temperantiam vitæ, ut in hac hora, ita mee necessitati ad gloriam tuam pure satisfaciam, et non in modo voluptati deseruiam, qui regnas in secula seculorum Amen.*

Monialem  
Dæmonem  
in adie  
comesta  
lactuca.  
Lib. Dia.  
log. c. 4.

Ad idem dirigitur Benedictio mensæ cum orationibus, quibus Ecclesiæ dicitur, facta signo crucis super cibum & potum, ut Dæmones fugiāt, qui fauces ipsos acuiunt, ut hominem ad se delectandum alliciant: imò interdum ingrediuntur ipsos cibos: refert enim S. Gregorius de quadam Moniali in horto Monasterij lactucā quādam comedit, quæ sibi videretur ad delectationem apta & statim fuit a Dæmone obfessa, qui postea factus est, se in ipsa lactuca ille, & in ea etiā ingressus esse; eod quod ipsa Monialis non signasset illā crucem.

Post mensam  
gratiarum  
agendæ  
Deo.

Mat. 26. 30.  
Homil. 57.  
ad Populū.

Post mensam officij suum negligere non debet virtus gratitudinis: gratias Deo agere propter accepta dona, quæ qui sumpsit non erat promeritus. Dicit autē aliquē diuinarū laudū hymnū, quæ admodū Saluator ipse, in ultima cæna finita, dixit; imò quoties cibū sumpsisset, hymnum de morte cantabat. Ex quo Ecclesia modū constituit ad huiusmodi gratiarum actiones, præsertim psalmos valdeque piās orationes. S. Chrysostomus quendam indicat modum valde celebrem apud antiquos Patres, quæ minutim explicat, quasi singulis verbis ut pote valde pijs, ac teneris sese oblectaret: ita autem se habet.

21. Cor. 9. 8.

*Benedictus Deus, qui pascis me a iuuentute mea. Qui das escam omni carnis plei gaudio & lætitia corda nostra, ac ut semper omnem sufficientiam habentes, non demus in omne opus bonum in Christo Iesu Domino nostro: cum quo tibi honor & gloria & imperium cum sancto spiritu in secula, Amen.*

Sub sumptione  
cibi  
actus gratitudinis  
exercendus.

*Gloria tibi Domine, gloria tibi sancte, gloria tibi Rex, quoniam dedisti nobis in lætitia, imple nos spiritu sancto, ut inueniamur in conspectu tuo beneplacenter, non erubescens, quando reddes unicuique secundum opera sua. Idem orationis & gratitudinis modus seruandus est etiam, dum ipse cibus famitur, iuxta Apostoli consilium in proximo capite indicatum: Sed nominatim post cibū sumpsum seruandus est; quando Dominus noster auxilium nobis præstiterit ad triumphū de gula reportandū. Et vniuersim in omnibus victorijs, quas ab hostibus, castitate oppugnatis, obrinebimus, meritō debemus gratissimos nos ostendere ei, qui ex ingenti sua misericordia, & per filij sui meritis eas nobis donauit. Dicemusque frequenter, animoque valde demisso & grato in uia illa piāque Apostoli verba: *gratias Deo, qui dedit nobis victoriā per Dominum nostrū Iesum Christū: cui sit honor, lausque perpetua, & gloria in æternū Amen.**

1. Cor. 15.  
37.

I R A C T A T U S